

DISSERTATIO ACADEMICA
VATICINIA JESAIÆ IN IDUMÆOS
 (CAPP. XXXIV, XXXV ET LXIII, 1—6) LATINE
 VERSA NOTISQUE EXPLICATA,

SISTENS,

CUJUS PARTEM TERTIAM;

CONSENSU AMPLISS. FACULT. PHILOS. IN ACAD. AE.

PUBLICÆ CENSURÆ SUBJICIUNT

*Mag. CAROL. JOSEPH. ESTLANDER,
 S. Theologie Candidatus & Docens, ad Biblioth. Acad.
 Amanuensis Extra Ordinarius.*

ET

*LAURENTIUS MAGNUS CASTRÉN,
 Ostrobothnienses.*

In Auditorio Philosophico die XXV Nov. MDCCXXVI.
 horis a. m. consuetis.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.

animalia ad ma^gtatum, seu locum ma^gtatus, Bozram; quod idem J. A. DATHIUS l. cit. & E. F. C. ROSENmüLLERUS in Scholl. in *Vat. Jesaiæ*, voce coguntur, exprimere voluerunt. Varie tamen & explicatum est & explicari potest τὸν ἵρρον. ‘Οἱ ἄλιτροι habent, εμπεσσυται, quibus concinnunt SYRUS & ARABS, atque inter recentiores LOWTHIUS l. cit. starzen habens, e ταῦδε, ruendi, quæ in radice יְרַרְרָה inest, significatione; v. c. Deuteron. XXVIII, 52. Hagg. II, 22. LIBERIUS explicant CHALD. occidentur & J. C. DOEDERLEINUS in *Esaia latine verso*, edit. III, occumbent. Simplicissimum vero est חַבְלָה post יְרַרְרָה intelligere.

תְּנִסְתָּן Capream orygem, s. Antilopen Leucorygem, L. esse, ostendere conati sunt S. BOCHARTUS, *Hierozoicon* T. II. pag. 335 — 366, atque E. F. C. ROSENmüLLERUS, in notis ad laudati operis editionem, quam curavit & in Scholl. ad Pr. XXII, 22, *Hjob XXXIX*. (in Scholl. tamen ad hunc nostrum locum notione bubali vel tauri hic, docente ipso contextu, accipiendo esse τὸν רַם concedens). Tam validis vero A. SCHULTENSIUS in *Comment. ad Job*, p. 113, CESZNIUS in *Lxx*, s. h. v. & DE WETTE, *Commentar über die Psalmen* p. 240 sq. Bovem Bubalum, L. significare vocabulum hocce Hæbraicum, si quoque aliquando *Dorcadion* speciem designet, probarunt argumentis, ut nullus fere ulteriori dubitationi locus sit relitus. Quorum vero quum notissima sint argumenta, eadem hic trasscribere superfluum duximus. — Neque apte illius belluæ mentionem heic non facit Vates; nam ferociam Idumæorum bene exprimit animal hocce ferox indomitumque, & quum e genere bovino sit, ad immolandum quodammodo fuit idoneum.

Affixum תְּנִסְתָּן cum vocula תְּנִסְתָּן conjunctum, rediūs ad כָּרִים, כָּתָרִים, & אַיִלִים, quam ad Bozræ aut terræ Endomiticæ incolas refertur. — Omnia animalia, tam minora, ut agni, hirci, arietes, quam majora, ut bubali, juvenci,

v. 8. Dies enim adest vindictæ Jehovæ; retributionis annus ad vindicandum Sionem.

v. 9. Convalles ejus in picem convertuntur; humus in sulphur, & regio illius in picem mutatur ardorem.

v. 10.

boves, ad altaria Jehovæ mactabuntur; qua imagine universalem omnium incolarum interitum adumbrat Vates. — Quod autem ad idem affixum vocibus אַרְזָה וְעַמְךָ adnexus adtinet, ad ipsos Edomitas manifeste pertinet.

v. 8. Vindiictam de Idumæis capturus est Jehova præsertim, ut videtur, ob scelestum illorum in consanguineam gentem facinus, cum a Chaldæis expugnata diriperetur Hierosolymatum urbs. Cfr. *Obad.* 10 — 14.

לְרִיב צִוֵּן, elliptica diilio pro רִיב צִוֵּן, *ad littigandam litem Sionis*, h. e. ad caussam illius ita agendum, ut pœnæ insimul adversariis infligantur. Cfr. *Jerem. L.* 34, *i Sam. XXV*, 39, *Ps. XLIII*, 1.

v. 9. Oratio jam ad Bozram vertitur, ut affixa feminina in נְחַלְתָּה, עַמְתָּה, אַרְצָה, aperte demonstrant. — Cum Idumæa mari mortuo, quod & ipsum bitumen gignit, cuiusque e vallibus circumjedis bituminosi & sulphurei eruantur vapores, flamas haud raro concipientes, contermina esset, imagines suas, tum ex horrendo, quod nostris adhuc oculis semet conspiciendum præbet, naturæ spectaculo, tum etiam e narratione, quæ *Genes. XIX* de exitiali Sodomæ, Gomorrhæ tractusque adjacentis eversione legitur, hoc loco summis vates.

לְנָס & torrentem & vallem in cujus medio fluit torrens; significare, omnes agnoscent Lexicographi. Præeuntibus Lxx viris, qui τὸν φαραγγόν have, vallis retinimus no-

v. 10. Interdiu noctuque non extinguitur (*pix*), fumus
perpetuo adscendit; per omne ævum devastata manet
(*terra*), unquam nemo illam peragrat.

v. 11. Eam sibi vindicant Pelecanus & Ericius, Ibisque
D 2 cum

notionem, utpote ad עַפְרָה & אֶרְעָה, quæ præcesserunt &
mox subsequuntur, admodum admodum. Omnino alia est
Jes. XXX, 33 loquendi ratio, ubi נִפְרִית בָּעֵרָה,
instar torrentis sulphure ardantis, recte explicatur,

v. 10. לא הַכְבָּה, *non extinguetur*, sc. *pix sulphurque ardens*:
מִדּוֹר לְדוֹר a generatione ad generationem, pariterque
מִאַחֲנָהִים, *sæcula sæculorum*, apud Hebræos, ut apud nos
dicitio: "alla evigheter evighet", in consuetudinem prover-
bii abierunt; neque sunt in Codice Hebræo hæ phrases
semper ad vivum resecandæ, sed sæpius de tempore in
longum ævum protracto, simpliciter intelligenda.

v. 11. שָׁרֵך adposito heic adhibitum. Sæpe enim notioni possi-
dendi, vindicandi, quæ huic competit verbo, subjunctus
est expellendi significatus. Cfr. *Deuteron. IX, 1*, *Jerem. XLIX, 2*, *Proverb. XXX, 23*, qui etiam, si hoc loco in
censem venerit, toti sententiæ vim addere valet.

Quod vero ad eorum, quæ sequuntur, interpretationem,
pertinet, omnis difficultas in animalium heic occurrentium
nominibus explicandis inest. Quo vere ex hac difficultate
nosmet ipsi quodammodo extricare queamus, præsentim
cum ii, qui aliquid novi & antea inauditi in difficillimis
hisce rebus explanandis nos præstaturos fore, profiteamur,
hædquaquam videri velimus, ex magna diversissimarum
opinionum sylva, quæ nobis maxime probabiles videntur,
eadem eligemus, quodemumcunque successu hoc factum
sit, æquis justisque censoribus relicturi judicium. Sed si
vel

cum Corvo sedem ibi figit, & super illam extendit
(Deus)

vel quorundam animalium, heic enumeratorum, nomina in obscuro maneant, sensus tamen totius pericopes, usque ab hoc versiculo ad finem capituli in clarissima positus est luce. Quo enim exitialem totius terrae vastationem & immitiē incalarum excidium vividis coloribus depingat vates, talia ferarum, tum volucrum, tum quadrupedum genera, quae in locis desertis horridisque montium jugis aut luctu-lentis paludibus maxime versari solent, e suis lustris stagnisque evocata, in devastatas terrae Edomiticas urbes vacu- osque immittit vicos, ubi silentibus nunc sonoris quondam lētisque jubilantium choris, asperi bубонум thoumque u- lulatus transeuntium pectoribus horrorem incutint.

Nonp ad *Pelecanorum* pertinere genus admodum probabile videatur. E quinque enim, ubi hoc legitur vocabulum, locis, Vulg., in hoc Jessiae versiculo, Ps. CII, 7, & Zeph. II, 14 habet *Onocrotatum* & *Pelecanum* & Lev. XI, 18, ac Deuter. XIV, 17, *Mergulum*, qui, ut *Pelecanus*, etiam e genere aquaticarum avium est; quemadmodum quoque LXX viri *Lev. XI, 18*, & *Ps. CII, 7 πελεκανος* posuerunt. Cfr. J. GRABII *Vet. Test. e versione LXX Int.* cura Jo. JAC. BREITINGERI. Constanter suo Nonp & Nonpp utitur CHALDAEUS, quae vox, si vel de aliis usur- pata sit avibus, *Onocrotatum* quoque significasse putandus est (Confr. JOH. BUXTORFI *Lex. cit.*) Quamquam vero, quodnam vocabulum in Levitico & Deuteronomio adhi- buerit SYRUS an (quia priori loco quin- que, & posteriori sex voces, avium nomina, quae in He- brœo textu leguntur, exprimentes, in versione Syriaca plane desiderantur & versiculorum ordo diversus est), ambi- gi possit, indubium tamen est illum ceteris tribus locis

(Deus) funiculum quo vacuum & perpendiculum quo desertum faciat.

V. 12.

locis nostrum **הַנְּפָר** suo explicasse **نَفَقَ**, quæ vox, si verum est, quod e DAMIRO & CAMUSO de significatione Arab. **نَفَقَ**, quo utitur Arabs ERPENI, testatur SAM. OEDMANNUS in *Collecti. ex Hist. Nat. ad Sm. Sm. explicandam Fase. III.*, pag. 49, vim avis natantis habere videtur. Incertior atque inconstantior est quæ in Polyglott. Londinensis legitur Versio Arab. laudatis e Mose locis habens **نَفَقَ**, quod in JAC. GOLII *Lex. Arab.* valet idem ac **نَفَقَ**, nomen *avis aquatici longicollis*, secundum vero eundem DAMIR. a Cel. OEDMANNO citatum cornicem significaret, refragante tamen EDM. CASTELLO, qui in *Lex. Heptagli.* Golii sententia de **نَفَقَ** adstipulatur, at **نَفَقَ** *Cygnum* significare affirmat, quemadmodum etiam apud Chaldaeos vel Talmud. **נְפָרָה** Platea est aut *Pelecanus*, ut e BUXTORFFIO discere licet. — Neque ipsa radicis **נְפָרָה** I. נְפָרָה evomendi notio, aliquid roboris ad *Pelecani* significationem stabilierendam non habet. Quod enim ad ipsam formam vocis **נְפָרָה**, quam tum ILL. MICHAËLIS, in *Suppl.*, tum Cel. OEDMANNUS, l. cit. radici **נְפָרָה** abjudicarunt & literam **נ** pro radieali habentes, ad deperditum, cujusque significatio Orienti periit, verbum **נְפָרָה** retulerunt, adiunxit, illam verbo **נְפָרָה**, ejusdem cum **נְפָרָה** significatus, addicere non dubitamus. Nam si Illustri MICHAËLIS concedatur, nomen **נְפָרָה**, non autem **נְפָרָה**, a rad. **נְפָרָה** fieri posse, vix tamen negandum est, quemadmodum **נְלֹתָה**, **וְרוֹתָה**, **מִנְתָּה**, **קְלֹתָה**, **תְּנַעֲשָׂה**, **אַתְּנַעֲשָׂה**, **וְרַעֲשָׂה**, **מִנְתָּה**, **קְרֻתָּה**, **אַשְׁפָּה**, **תְּנַעֲשָׂה** derivantur, ita etiam **נְפָרָה** — nam pondorum diversitatem non multum curamus — originem suam **ταῦ** **נְפָרָה** debuisse; **נְפָרָה** vero, quamquam e lingua exiit, quon-

quondam tamen usu viguisse, & significationis similitudine cum נָפַר conjunctissimum fuisse, ad finis radicum חֲנֵשׁ & חָנָשׁ ratio satis probat; quare etiam JOH. SIMONIS, in *Lex. Hebr. & Chald.*, duas vocis nostræ admittit formas, alteram חֲנֵשׁ, quam status regim, חֲנִקָּה, *Ps. CH.*, 7, requirit, alteram חָנָשׁ *Lev. XI*, 18, l. חָנָקָה, ut h. l. Neque multum pro radicali litteræ ח vi defendenda id valet, quod vocabulum חָנָקָה in lingua Chaldaea נָפַר & נָפְרָה scribatur, quoniam illud ח, quod præsertim Syri & Chaldaei suis vocibus, vulgo in Syllaba extrema, inserere solent, haud semper, ne in iisdem & multo minus in diversis & inter se collatis dialectis, radicale esse videtur, cuius rei exempla nobis præbent Chaldaeorum נָפְרָה, pix, pro qua voce, in hoc Jesaiæ Cap. v. 9 JONATH. TARGUM habet נָפָר, Hebr. נָפָר, Arab. أَفْتَ, & Syrorum נָסָרָה, sudor, Chald. נָעָרָה, unde עֲנָעָה sudavit, Hebr. עֲנָעָה cfr. GESSEN. l. l., in vocibus חָנָה, חָנָה & חָנָפָה. — Sed cum plures sint *Pelecanorum* species, & ad quam illarum Hebreworum qui חָנָפָה vocatur *Pelecanus*, referendus sit, inter viros doctos non conveniat, de hac quoque questione pauca monebimus. Pro *Pelecano*, quem recentiores quoque vocarunt *Onocrotalum*, pugnat Ill. MICHAËLIS, l. c., cum Cel. OEDMANNUS in sepius laudato libro doctissimo, *Pelecanum Graculum* multis commendet argumentis. At in incerto jacere hæc disputatio nobis videtur. Licet enim VULG. *Onocrotalum* habeat, an tamen is eadem sit *Pelecani* species, quam hoc nomine insignierunt nostri temporis Ornithologi, vix dici potest; Quare bene certe se hæc res haberet, si genus avis hoc nomine satis firmatum esset, præsertim cum Syriaca, Chaldaica & Arabica supra citata hujus avis nomina etiam abstrusioris sint significacionis & haudquaquam speciem definire valeant.

Quod

Quod etiam de ταῖς ὁ ἐξηγήσεις vere dici potest, qui licet Ps. *Cl.*, 7 & *Lev. XI*, 18 ηντ̄ vertant πελεκάνα, quod vocabulum Gr̄cum speciem avis incertam quoque relinquit, hoc tamen Jesaiæ loco ὁρέα & Zeph. *II*, 18 χαραιλεωτ̄ interpretantur; quibus omnibus id accedit, ut *Lev. XI*, 13 — 18 & *Deuteronom. XIV*, 12 — 18, ubi ηντ̄ inter permultarum aliarum nomina avium legitur, ordo versiculorum & gr̄corum vocabulorum, textus Hebr̄zi vocibus respondentium, etiam post ipsissimi GRABII emendationes ac supplementa, ita tamen confusus reperiatur atque turbatus, ut in Deuteronomio πελεκάνος de הַרְמָן, καταφεύγει vero de ηντ̄ dicatur; quare mirari convenit, Cel. OEDMANNUM scribere potuisse, *Lxx viros, omnibus, quibus ηντ̄ legerunt, locis πελεκάνα posuisse*, addita notula, eosdem hos Audtores in suo exemplari Hebraico apud Zephaniam ηντ̄ non legisse; quaē opinio, cum nulla variantum lectiorum vestigia in textu, aut Hebr̄eo, aut Alexandrino inveniantur, quibus nitatur argumentis, mihi plane est ignotum. Neque magna speciem distinguendi difficultas ex eo non oritur, quod multitudo Pelecanorum, quaē toti generi subest, tanta est, ut vigesimum excedat numerum, qua de re conferatur JOAN. LATHAMI, *Index Ornithol.* Vol. II, p. 882 sqq. qui *Pelecanum Onocrotalum*, in A. D. BRISSONI *Ornithol.* Tom. II, p. 497, 498 *Onocrotalum* appellatum, ita describit, ut is certe idem sit, qui apud Cel. OEDMANNUM, nomine iconi subjeō, *Philippinus* vocatur, & a Pelecano tum *Graculo* tum *Philippino*, rediūs *Philippensi* & *Bassano* diversus est. Qua vero ratione Vates noster cūm avis aquatica sit Pelecanus, illum tamen in arida Arabiæ deserta transmittere potuerit, qui scire cupiat Cel. OEDMANNI lib. um adeat.

קְפָר ericium vel erinaceum Græc. *εχίον*, esse testantur; tum Arab. قَنْقَبٌ, quo vocabulo versio Arabica hoc quoque utitur loco, & Syr. حَرَبَةٌ, tum etiam radicalis Syriacæ حَرَبَةٌ, horrendi, horripilandi in Etphe. sese contrahendi notiones. Nam aculeis horret animal hocce, & instantे periculo sese contrahit. Vide BOCHARTI Hieroz. P. II. Lib. III. Cap. XXXVI. p. 454 edit. Lips.

נַעֲשֵׂנִי ignota nobis est avis; Nam etymon vocis in obscuro manet, & tribus illis, quibus legitur, locis, in explicando Veteres aut fluctuant, aut talibus utuntur vocibus, quarum significaciones eruere nequimus. Habent quidem Lxx, Lev. XI, 17 & hic ιων, at Deuteronom. XIV, 16 κυκνοι, illorumque auctoritatem presse sequitur Vulg. Inconstans quoque est Arabs in Polyglottis, vertens duobus Mosis locis جَانِشْقَ, hic vero apud Jesaiam حَلَّابِي, e quibus vocibus si prior *accipitrem*, ut adfirmat Gorius significet, posterior tamen (licet de illa apud eundem Auctorem inveniamus, *nomen avis magnæ, cinerei coloris, tardi incessus & volatus, bona carnis scil. Otis tarda*) æque ignota est, ac SYRI (in Levitico vocabulum hocce omnino inexplicatum reliquentis) tum حَلَّابَةٌ, in Deuteronomio a Polyglottorum Interpretate satis obscure piscatorem *piscium*, a CASTELLO autem Larum, Gaviam, Ibin redditum, tum hoc loco حَلَّابَةٌ, qua voce etiam CHALDEUS omnibus tribus locis utitur, licet significatus ita vagus sit, ut nihil certi de eo statuere liceat. Cfr. JOH. BUXTORFFII Lex. cit. in voce בְּלֹהֶבֶת. Inter omnes autem recentiorum Int. explications, aut potius conjecturas, de Ibide interpretationem Cel. OEDMANNUS l. c. fecit probabilissimam; quare etiam in Versione illam, utpote auctoritate των ὁ & Vulgati maxime firmatam, retinuimus;

mus, licet ne nostro quidem tempore, quænam avis sit
Græcorum *i&is*, inter viros doctos satis constet; nec *bu-*
bonis aut *no&ua* significatus, quos urget BOCHARTUS I. I.
T. II. pag. 24 sqq., omnino negligendi videantur, quippe
quoniam ad illos stabiliendos scintillulas quasdam, subob-
scure fatemur lucentes emitunt tum *crepusculi*, qui in
נֶשׁ regnat notio, tum apud Talmudistas vocis נְרָמָה, de
his avibus usus, & ipse orationis contextus, qui illud vo-
lucrum genus fere postulat.

כַּרְבָּ corvum significare, facilius e consentientibus Vete-
rum Intt. testimoniis & ex Arabico أَبْرَقْ, quam ex
incertis etymologiis probatur. Cum vero in citr. Levitici
& Deuteronomii locis ad כַּרְבָּ additum sit לִמְיוֹנָה plura
avium cognatarum genera simul comprehendisse videtur,
ut in Lexico conjicit GESENIUS.

תָּהָא extendit, sc. Deus, cuius nomen hoc loco ut sae-
pius apud Hebræorum autores omissum, anno τε κοντά
supplendum est.

קָרְבָּ funiculum pecul. metiendo servientem & אֲבֵן, lapidem
(sc. filo aligatum) i. e. perpendicularum Hebræorum Auditores non solum in ædificiis exstruendis, verum etiam in
illis solo æquandis, quo illorum demolitionem ad amissim
& consumatissima ratione fore conficiendam significant,
ut necessaria instrumenta memorare solent; quare etiam
dictio קָרְבָּ de utraque re legitur Zach. I, 16 & 2
Reg. XXI, 13. Quo vero sensu hæc enunciatio hoc loco
intelligenda sit, vix dubium esse potest, quum הַרְבָּה &
בְּהַרְבָּה addita habemus, quæ voces e Mosis de primis mundi
initiis narratione desumptæ, tantam fore satis indicant Bo-
zæ atque totius regionis Edomiticæ vastationem ut rudi
atque indigestæ primigenii orbis faciei similis sit futura
Cfr. Doederleinii Esaias pag. 157. — קָרְבָּ & תָּהָא
funi-

v. 12. Nobiles ejus, nullum regnum ibi est clamant,
Omnesque ejus principes sunt sublati.

v. 13.

*funiculum vacui & perpendicularum loci inanis, quorum ope
aut ad quorum normam vacuus atque inanis fieret locus,
posita, esse, e vulgari sermonis Hebraici usu pendet.*

v. 12. חָרֵר, *ingenuo & libero genere natus, nobilis, semel plene
in pl. חֲרוֹרִים Eccles. X, 17 ad radicem חָרֵר referendum
esse tum Arabicæ. tum Syriacæ linguarum jubet usus,
ubi *calendi, exarescundi*, quæ in Hebraismo valet signifi-
catio, locum quoque obtinuit; quare qui de חָרֵר *albuit*,
& nominibus חָרָר & חָרָר *lini* candidi genus, cogitent,
ut e restitu albo candidoque derivata esset notio *nobilis*,
cum hanc acceptiōē plane ignorent Arab. حَارِر & Syr.
حَارِر, vereor ne plus, quam haec in re decet Romano-
rum respexerint mores. — Quod vero ad ipsum sensum
prioris hemistichii יְקַרְאָו חָרֵית adtinet, ita intricatus
recentiorum Interpretum permultis, præsertim cum omnes
veteres, tum a Vulgari textu Hebræo recedant, tum in
explicando inter se dissentiant, & varietas lectionis in XV
Codicibus manu exaratis, teste Rev. LOWTHIO l. c. reperia-
tur, visus est, ut ipsa verba sub mendo jacere putave-
rint, unde factum est, ut alii aliter eadem & legerint &
explicaverint. Sic v. c. LOWTHIUS (præente SYRO, qui
pro חָרָה legisse videtur חָרָה, & hoc vocabulo una cum
שֶׁמֶן, ad præcedentem versiculum relato, vertit: *nec
erit ibi שֶׁמֶן מִתְּסִיב* i. e. *gaudium*), quia in quibusdam
codicibus חָרָה invenerit, חָרָה in בְּחָרָה aut בְּחָרָה
(a חָרָה *loca præ calore adusta, Jerem. XVII, 6*) mutato
& cum בְּחָרָה conjuncto, ut in metaphrasi Germanica habet
KOPPIUS, explicat: und ziehn wird er — das Senkbley —
über seine versenkten Plätze, & postea בְּחָרָה pro בְּחָרָה legens
אַבְּשָׁמָע ver-*